

MACTA VIRTUTE, INSIGNI=
que eruditione uiro Ioanni Botzhemio
iurecons. & Canonico Constan
tienti, præceptori & ami
co suauis. Ottoma=
rus Luscinus.

S. D. Meminisse potes uir, & genere & eximia eru
ditione præclare, quanti ego præter ceteras dotes in
genii tui, & illas quidem complures, & egregias, iu=
diciū, cum rerum omnium, tum uero quod est accerri
mū, de cōmuni nostra professione, & literatis illis a=
mœnioribusq; literis, extulerim, complexus fuerim
& mirifice exosculcatus. Subit autē quoties in dome=
stico cōgressu (es enim minime, ut græce dicitur ἀπὸ
σιν) de temporū nostrorum fœlicitate sermo inci
dit, quibus acclamationibus & fauoribus iuuentutis
nostræ Argētīnensis studia fueris prosecutus, quæ sub
doctissimo instituendæ pubis artifice Hieronymo Ge
builero pyrociniū agit, quando nostra accedente o=
pera & prælectione publicitus tentata, mirum quàm
largo & ubere meatu, græcarum literarum prima,
hæc rudimenta sese in animos τῶν φιλοματῶν insi=
nuauerint. Futurum iam tum augurabamur, id quod
nimirum uisura est posteritas, ut neque doctrina ulli
a 2 hominum